



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Apologia Libri De Reditibus Ecclesiasticis**

**Azpilcueta, Martín de**

**Antverpiæ, 1574**

Pientissimo Pio V. Pontifici Opt. Max. D. N. S. Martinvs Ab Azpilcveta  
Doctor Navarrvs, In Ista eius mira pietate perseuerantiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40048**

PIENTISSIMO PIO  
V. PONTIFICI

OPT. MAX. D. N. S.

MARTINVS AB AZPILCVETA  
DOCTOR NAVARRVS, IN ISTA  
cuius mira pietate perseverantiam.



VM, beatissime Pater, ab extremis  
Hispaniarum finibus, nempe, Vlyssipone, ad prosequendam illustris-  
sime earum Primatis Archipræsulis Toletani causæ defensionem, iussu Regio susceptam, in urbem appulsem; ausus fui dedicare  
S. V. quendam meum de rebus Ecclesiasticis libellum: primum quidem sermone patrio (quò utilior esset orbi, cui scribebatur) cõpositum, ipsique Regi omnium secularium Monarcharum Catholicissimo & potentissimo dicatum. deinde (cùm sui lectione plerisque eruditis & piis viris, se rem totius orbis Christiani clero utile fore persuasisset) Latinitate donatum. Non, quòd non agnoscerem auctoris & operis humilitatē, obscuritatē & indignitatem; & Sanctitatis V. sublimitatē, splendorem, et gloriā: non tantum eā, qua isthac in terris

A 5 Monar-

TAMBRVI  
 in  
 SACCLIA  
 XLIAR  
 de  
 redditibus & rei  
 E. II  
 30.6

Monarchia omnes eam assequentes illustrat; sed etiam illam, qua eandem vicissim ista V. Beatitudinis noua vita, noui mores, nouissima & admiranda eius administratio, tam diu & tot aetatibus inaudita & desiderata, huicq; nostro saeculo turbulento adeo necessaria, ornant. Ac proinde non viderē longē humilius et inferius esse, quā quod supremo reip. Christianae principi dedicandum esset. Sed partim, quod non videbatur alienum, vt quod Hispano scriptū sermone, Hispanorum regi, eidēq; redditibus Ecclesiasticis quā maxime secundum S. V. affluentem, dicatum fuerat: Latino donatum, summo Latinorū regi, eidemq; supremo omnium Ecclesiasticorum reddituum administratori, diceretur. Partim, quod urbem ingressus, desiderabā de exigua penu mea litteraria S. Vestrae nonnihil offerre, & nō erat id temporis aliud de potioribus aliquot, quae ob inopiam otij sub lituris habeo; ab eis exertum, & manu extrema dolatum. Partim vero, quod non essem inscius, multa in eo contineri, quae cum V. Sanctitatis ardenti ad inueniendam in omnibus veritatem amore, & emunctissimo ad iudicandum de inuentis iudicio, & animo beneficiarium splendorem Ecclesiae suae restituendi cupientissimi

pietissimo, conueniunt. Neque dubitarem, be-  
neficiarius qui ea omnia accurate perpenderent,  
complacitura. Licet enim per ea via aliquot tor-  
tuosa disponendi de rebus suis obstruatur, ape-  
riuntur tamen alia multa directa id faciendi, nul-  
libi tam late, nec in tantum eorum fauore probata,  
ac explicata. Cum autem, beatissime Pater, postea  
quidam vir, genere, litteris, & munere clarus,  
mihique iam inde à triginta annis, & amplius ami-  
cus (cuius nomen obseruantia causa taceo) obtu-  
lerit eidem Sanctitati V. alium librum eodem ti-  
tulo insignitum, cui sane Doctores duo, eccellente  
sane doctrina præditi, qui ante triginta annos mei  
feruentissimi auditores esse cœperunt, multisq; an-  
nis postea fuerunt, pro sua profunda eruditione, et  
egregia in me beneuolentia generosaq; gratitudine  
tersius quam ego respōdissent; nisi eos ipse ab ea re  
iustis ex causis reuocassem: meq; ipsum multa quæ  
taceo, ab hoc aliquot diebus retraxerunt, retraxis-  
sentq; perpetuò, nisi me in id cōpulissent amor qua-  
rundam veritatum, quas sanctas tectas per stare plu-  
rimū è repub. Christ. esse arbitror; & obligatio cō-  
seruandæ existimationis, quā de aliquantulis donis  
apud me in proximorum utilitatē à Deo depositis,  
non-

TAMBU  
 in  
 Stecl: p  
 XAVAR  
 de  
 red:ibus & rei  
 E. II  
 30:6

nōnulli habent; quam ni hoc facerē, labefactatum  
 iri iudicabant: ex quo nostris, qualibus qualibus,  
 scriptis et respōsis decreset auctoritas. Quæ pro-  
 fectō res me mouit, vt hanc Apologiā, quæ præfa-  
 tum libellū defenderet, scriberem; & Sāctitati V.  
 veluti quandam illius appendicē, cōsecrarem. Spe-  
 rans certō fore, vt quæ ille ad obscurandā & im-  
 pugnandam veritatem, non sine rei Ecclesiasticæ  
 damno, scripsit; per occasionē, eā longē splendidio-  
 rem & munitiorem reddāt, iuxta illud Inocen-  
 tij \* prædecessoris Beatitudinis Vestræ Sāctissimi.  
 veritas sapius exagitata, magis resplēdet. Quare  
 humillimus etiā atq; etiam supplico eidē S. U. vt  
 qua animi serenitate ac frōtis hilaritate illū susce-  
 pit, sua q; benedictione dignatus fuit; eadē quoque  
 hāc suscipere: et eò ampliore benedictione prosequi,  
 quò easdē veritates longē altius fundatas, & com-  
 plures alias sapiētiae canonicæ cognitioni apprimē  
 necessarias, continet, non dedignetur. Christum  
 autem redemptorem nostrum opt. max. quā ob-  
 nixissimē rogo, vt te suum vnicū & summū Vi-  
 carium, sæculo nostro adeo vtilem & necessariū,  
 quamdiutissimē seruet incolumem. Amen.

\* c. Graue.  
 34. q. 9.